

**Conciones siue Conceptvs Theologici Ac Prædicabiles R.  
D. Petro Bessæi SS Theol. Doct. Reg. Galliar. Oratoris**

De Sanctorum Festiuitatibus Anni totius, & aliis solemnitatibus - Opvs  
Novvum, Figvris, Allegoriis, Similibvs Ex Sacris profanisq[ue] Scriptoribus  
plenißimum, cum occurentium fidei controuersiam tractatione .... Editio  
Qvinta. Nvnc Demvm Integre Svppletæ, Concionibvs Per Octauam Vener.  
Sacramenti ...

**Besse, Pierre de**

**Coloniae Agrippinae, 1629**

Pars V. De vsu vnius speciei Ecclesiastico.

---

---

**Nutzungsbedingungen**

[urn:nbn:de:hbz:466:1-56262](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-56262)

minit, causa est: Quia ipsante ethnici conseruant vti calices dæmoniorum. Quolibetius communicarunt sub utraque deinde conuersi.

Prælatura.

11. Anne igitur & Apostoli consecrarent vnam tantum sacrificantes? Non id quidem: inquam, necesse fuit; Illis tamen licet, & exemplo Domini in Emmaus, & natura rei, & formula institutionis libera, quo ad vnam, vel utramque. 2. Nec solis ijs: sed Innocentius VIII. Noruegis permisit absque vino sacrificare: teste Volat. l. 7. Geographie. Nam in Iure Canonico fieri potest dispensatio.

Deinde quid attinet dicere sub vna celebraſſe Apostolos: quidam aſterere licet, quod Calix ſemper benedicebarur cum pane: led is non ſemper diſtribuebatur, vt panis. Vnde i. Corinth. 10. *Calix benedictionis, cui benedictus.* De pane autem ſic: *Panis, quem frangimus: nimirum ad diſtribuendum.* Ideo inſtra: *Vnus panis, & unum corpus sumus: qui de uno pane participamus.*

## P A R S V.

## De riu vnius ſpeciei Eccleſiaſtico.

*N*vquam Eccleſia ſeu Orientalis ſeu Occidentalis reprehendit Communioneſ ſub vna: ne quidem in hæreticis Manichæis: Quin horum etiam cauſam abſtinendi à ſpecie vni, vt hæreticam, damnauit. Nam ait Aug. l. de hæreſib. c. 46. *Vinum non bibunt dicentes ſol eſſe priuilegium tenebrarum.* Cumque eodem libro complures eorum hæreſes enueraſſeret, ac damnalſet: vt & Leo fer. 4. de Collectis, & ſerm. 5. de ieuiuio: ne verbo tamen inauifſeret, eos ſub vna communicatingando errare. Adeo communiter id, & indubitate li- cebat. 2. Quin Leo Papa fer. 4. de Quadrageſima ait: *Ore indigno Christi corpus accipunt (Manichæi) San. uinem autem red. mptioris noſtra haurire omnino declinant.* Qua cauſa pro concione monuit, eos pro Manichæis habēdos, qui ſemper à calice abſtinerent. Secus de ijs cenſendum, qui aliquando duntaxab- ſtinerent. Nam ex Africa profugi Romæ de- gebant Manichæi plures.

At vero quod orthodoxi aliquando non utramq; præſumerent Calicem; ideoq; non faris ab Mani- chæis latitantibus internosci poſſent, hinc Gelasius Papa edicto prohibet abſtentiam à calice, mandatq; communionem ſub utraque ſingulis vſurpandam. Vt est de consecra- ca. Con perimus. diſtinct. 2. *Diuſio unius, ei- iusdemque myſterij ſine grandi ſacrilegio non po- test prouenire.* Nam Manichæi ideo diuidebāt ſacrilege abſtemij: Cum quod docerent vi- num feliſe draconum; Tum quod negarēt Christum vere mortuum, verumq; ſanguinem profudifſe.

Constantinopoli ex manibus S. Chryſoſtomi communicatingauit hæretica, vt laterer. Teste Cef. Baroz. tom. 5. ann. 400. ex Sozo. & Nic. ph. Euchariftam, vt moris, exceptit ma- nu; abit, patracum alium accipit à famula, vt comedere videretur. At hic in ore lapidesce- bat, vt lapis imprefſa dentium vſtigia refe- ret. Territa ſupplex ad Chryſoſtomum ad- uolat, rem faſia omnem, lapidem exhibebat. Ergo communio ſub vna vulgariter fuit v- ſitata.

11. Communio doμeſtica frequens o- Ex Commu- lim fuit, accepto corpoře Domini, ait Tertul- nione dome- lian. libr. de Orat. *S referuato: virum que ſtica. ſaluum eſt, & participatio Sacrificij, & executio officij.*

2. Idem l. 2. ad vxorem: *Non ſciet mari- tus, (infidelis) quid ſe reto ante omnem cibum guffes. Ei ſi ſcierit panem, non illum credit eſſe, qui dicitur.* De eadem reſeruatione domesti- ca Euchariftæ plures plura Patres, Baſilius, Cyprianus, Hieronymus, Auguſtinus, &c. Fre- quentata fuit igitur antiquitus communio ſub vna.

3. Nam diſerte Atha. Apol. 2. contra Ari- nos, ait nullum calicem ſeu myſticum pocu- lum vſquam reperiſſi, niſi in Eccleſia.

4. Quare ſi domi licitus fuit vnius vſus, ergo magis in Eccleſia. Nam, *An aliud in publico, aliud in domo Christi eſt?* Quod in Eccleſia non licet: ait S. Hieronymus in Apol. ad Pammachium pro libris ſuis contra Iouinianum.

Kennitius ait, in Eccleſia fideles cali- Cui occre- cem prægustaſſe: dein pacem ſumpſiſſe pri- piant ſectarij. uatum. At dicit, non docet: Fingit. Pleſſaeſ vult,

vult, mulierularum & idiotarum abusus fuisse: ideoque demum ab Ecclesia abrogatos. Peruersa veritas est ipsa falsitas. Abrogatus est abusus prisci usus boni, & hic propter illum: Sicut hodie usus utriusque speciei propter eiusdem abusum haereticum: non propter ipsummet per se licitum, iustum, sanctum.

## Item ex laica.

III. Peruetus fuit usus communionis laicæ: quæ Clericis in pœnam enormis delicti decernebatur; ablata clericali. Nam ante mortem laici una, clerici utraque communicabantur. Felix li. 3. Epist. 1.c. 2. Et Conc. Sardic. cap. 2. Nisi malis laicam dicere eam, quæ extra chorum dispensabatur in plebem Communio. Quo in pœnam remittebantur rei Clerici. Nam in choro Clerus synaxes agebat.

IV. Multa præterea maiorum instituta, nostri propositi luculentissima testimonia. 1. Cuiusmodi sunt usus Praeästabilitatum: quæ apud Græcos per hebdomadam: apud Latinos die Veneris Sancto porrigebantur

2. Afferatio Sacramenti tempore longissimo, quo tantillæ vini species accedent.

3. Puberum communicatio: quibus reliquia communicatis ceteris, diuidebantur.

4. Guttæ instillatio in ora infantum.

5. Ägorum sub una panis communictione.

6. Eucharistia missio in occursum, Romæ Episcopis ad urbem aduentibus fieri consueta.

7. Quid? Cum una in Missa plures vno benedici calices haud licet; nec repetere actionem consecrationis: nec calices librae viius pondus excedent: vix capiat potest, quemadmodum vius orbi toti sufficere calix quieuerit. Ut ad unam saepe fuerit necessario acquisendum speciem. Neq; hoc difficulter ijs; qui credebant constanter, non modum, sed rem spectari oportere; quæ eadem sub altera, ac sub utraque confertur.

8. Quot vero, & quanta in commoda se cum importaret utriusq; necessitas? In popu-

lo numerosiore quotusquisq; participare integræ mysteria qui uiset.

9. Quot non casus, effusiones, aliamque irreuerentiam interuenire necesse fuisset.

10. Male abstemij: Miseri Norvvegi, Ruthenique: quibus & vinum deest; & si adsit, ex cœli terræque genio mox accedit.

Quare qui res unam omnium maxime post Baptismum necessariam instituit; candem per adiunctum modi præceptum restringere noluit; quo minus abiret in usum, pro salubritate sua facilissimum, pro sanctitate religiosissimum, pro necessitate communem, atque in rerum omnium mutabilitate constantem, in casuum varietate securum.

## P A R S VI.

De fructu Eucharistico quid Lutherani, & Calviniani?

Nec minor ex una fructus, quam ex v. Fructus Eucharistie manat. Quia Ioan. 6. Si quis manducaverit ex hoc pane, uiuet in eternum. Et 1. Christi infra: Non sicut patres vestri manducauerunt nisi ex una manna, & mortui sunt: Qui manducat hunc specie. panem, uiuet in eternum. Haec Dominus. Quæ aduersarij? Ista ex viri optimi Bechari ratiocinatione subiiciam meo compendiata stylo.

I. Lutherani vnum ac totum fructum esse 2. Lutheri volunt istum: Ut fides nobis exciteretur, aut nisi fructus confirmetur. 1. At quæ fides? Quæ est fiducia, aiunt, quæ quis certe persuasus est, peccata sibi gratuito remissa per merita Christi iuxta diuinam promissionem 2. Atque huius causa instituta esse Sacra menta, vel sigilla promissi, quorum aspectu vel usu dieta suscitetur fiducia.

Atqui, inquit, huc utraque species non est Disquisitio necessaria: vnaq; præstatidem. Ergo frustra & inuenitus utrumque. Nam ea fides excitarunt vel minus habens auditu verborū, vel aspectu, vel sumptione Sacramenti. 1. Si auditu, iā sufficit, una, quia eadem laici verba audiunt ad unam sumptam, quæ ad utramque.

2. Si